

ROMANI IN GALLAECIA

Decimus Iunius Brutus, provinciam Hispaniam
Ulteriorem gerens, Romanis provinciis novum finem dedit et
inde "Gallaecum" cognomen meruit.

In illo tempore turmae praedonum, egestate cibi coactae,
Lusitaniam continenter populabantur, atque Brutus exercitum
in expeditionem adduxit ut illas iniurias in Romam terminaret.
Proclamavit Romanam auctoritatem minuere et populos
Hispanos imperium Romanum minari. Itaque, Brutus, in
septemtriones cum copiis veniens, multas gentes subegit.
Paulo post, cum militibus suis ad flumen pervenit. Ibi iussum
dedit Brutus: "Milites mei, in alteram ripam transibimus et
maximam gloriam obtinebimus, quia illam partem terrarum
nullus Romanus vidit". Illi viri, qui in tantis pugnis fortes ante

fuerant, dixerunt flumen Lethem esse, et transitum oblivionem creare. Brutus suos milites, veteri superstitione captos, increpavit: "Exercitu Romano digni non estis. Videte me et exemplum capite". Subito his verbis calcaria equo, qui hinnitum expulit, subdidit et trans flumen it. In alteram ripam veniens, nomine omnium militum vocavit. Sic, memoriam suam esse integram probans, superstitionis fraudem monstravit peregitque iter usque ad promontorium quod super mare impendit: ibi solem sub aequorem vespere viderunt. Dehinc illum promontorium "Finis Terrae" vocatur.

LVCIVS IUNIVS BRVTVS

Vulgus Romānus Lucium Iunium Brutum, filium sorōris regis Tarquīnii, stultum esse putābat. Sed frater suus, ob divītiās ab avuncūlo invīsus, crudeliter occīsus erat; itaque, Brutus, idem fatum metuens, stultitiam finxit. Sed post paucos annos in regem Tarquīnium, paene ab omnibus Romānis contemptum, magnum odium crevit, quia filius suus Lucretiam, nobilem muliērem, stupravērat. Brutus, occasiōnem optīmam cognoscens, nuntiāvit reges potestātem non merēre, et popŭlum possidēre summum imperium. Tum res publica incēpit et duo consŭles creati sunt: ipse Brutus, et Lucius Tarquīnius Collatīnus, Lucretiae marītus.